Biblia latina

[Strassburg: Johann (Reinhard) Grüninger], 1483 Seite 250



ſunt quaſi vir vnus ⁊ recenſuit eos ĩ be
zech. Fueruntq̃ filioꝝ iſrael trecẽta mi
lia: viroꝝ aũt iuda trigĩta milia. Et di
xerunt nuncijs qui venerant. Sic dice
tis viris qui ſunt ĩ iabes galaad. Cras
erit vobis ſalus cũ incaluerit ſol. Uene
runt ḡ nuncij ⁊ nunciauerunt viris ia/
bes. Qui letati ſunt ⁊ dixerunt: Mane
exibimus ad vos. ⁊ facietis nobis om/
ne qḋ placuerit vobis. Et factũ eſt cum
dies craſtinꝰ veniſſet: cõſtituit ſaul po/
pulũ in tres ꝑtes. Et ingreſſus eſt me/
dia caſtra in vigilia matutina ⁊ ꝑcuſſit
ammon vſq̃ dũ incaleſceret dies. Re/
liqui aũt diſꝑſi ſunt ita vt nõ relinque/
rentur ex eis duo pariter. Et ait populꝰ
ad ſamuelẽ: Quis ẽ iſte qui dixit: ſaul
nõ regnabit ſuꝑ nos? Date viros ⁊ in
terficiemus eos. Et ait ſaul. Nõ occide
tur quiſq̃ ĩ die hac: quia hodie fecit do/
minus ſalutem in iſrael. Dixit autẽ ſa/
muel ad populũ. Uenite ⁊ eamus ĩ gal
gala. ⁊ innouemꝰ ibi regnuꝫ. Et ꝑrexit
omnis populus ĩ galgala. ⁊ fecerũt ibi
regem ſaul corã dño in galgala. Et im/
molauerũt ibi victimas pacificas corã
dño. Et letatus eſt ibi ſaul ⁊ cuncti vi/
ri iſrael nimis. XII

Dixit aũt ſamuel ad vniuerſuꝫ
iſrael: Ecce audiui vocem ve/
ſtram iuxta omnia que locuti
eſtis ad me. ⁊ conſtitui ſuꝑ vos regem.
Et nũc rex graditur ante vos. Ego aũt
ſenui ⁊ incanui. Porro filij mei vobiſ/
cũ ſunt. Itaq̃ conuerſatꝰ coram vobis
ab adoleſcentia mea vſq̃ ad hanc dieꝫ
ecce preſto ſum. Loquimini de me corã
dño ⁊ coram chriſto eius. vtrũ bouem
cuiuſq̃ tulerim aut aſinũ. ſi quenq̃ ca/
lumniatꝰ ſum. ſi oppreſſi aliquem. ſi de
manu cuiuſq̃ munus accepi. ⁊ contem
nam illud hodie reſtituamq̃ vobis. Et
dixerunt: Nõ es calumniatꝰ nos. neq̃
oppreſſiſti neq̃ tuliſti de manu alicuiꝰ
quippiam. Dixitq̃ ad eos: Teſtis ẽ do/
minus aduerſum vos ⁊ teſtis chriſtus
eius in die hac: quia nõ inueneritis in
manu mea quippiam. Et dixerũt: Te/
ſtis. Et ait ſamuel ad populum: Dñs
qui fecit moyſen ⁊ aaron. ⁊ eduxit pa/
tres noſtros de terra egypti adeſt. Nũc
ergo ſtate ⁊ iudicio cõtendã aduerſum
vos coram dño: de omnibꝰ miſericor/
dijs dñi quas fecit dñs vobiſcũ ⁊ cum
patribꝰ veſtris quomodo iacob ingreſ/
ſus eſt in egyptũ. ⁊ clamauerũt patres
vři ad dñm. ⁊ miſit dñs moyſen ⁊ aa/
ron. ⁊ eduxit patres veſtros de egypto.
⁊ collocauit eos in loco hoc. Qui obli/
ti ſunt dñi dei ſui. ⁊ tradidit eos in ma/
nus ſyſare magiſtri militie aſor. ⁊ ĩ ma/
nu philiſtinoꝝ. ⁊ in manu regis moab
⁊ pugnauerũt aduerſum eos. Poſtea
aũt clamauerũt ad dñm ⁊ dixerũt: Pec
cauimus: quia dereliquimꝰ dñm. ⁊ ſer
uiuimus baalim ⁊ aſtaroth. Nũc ergo
erue nos de manu inimicoꝝ noſtroꝝ. et
ſeruiemus tibi. Et miſit dñs hieroba/
al ⁊ badã ⁊ barach ⁊ iepte ⁊ ſamuel. et
eruit vos de manu inimicoꝝ veſtroꝝ
ꝑ circuitum. ⁊ habitaſtis cõfidẽter. Ui
dentes aũt ꝙ naas rex filioꝝ ammõ ve
niſſet aduerſum vos: dixiſtis mihi. ne/
quaq̃. ſed rex imꝑabit nobis cum dñs
deus veſter regnaret in vobis. Nunc ḡ
preſto eſt rex veſter quẽ elegiſtis ⁊ peti/
ſtis. Ecce dedit vobis dñs regem. Si
timueritis dñm ⁊ ſeruieritis ei. ⁊ audi/
eritis vocẽ eius. ⁊ non exaſperaueritis
os dñi. eritis ⁊ vos ⁊ rex qui imꝑat vo
bis ſequentes dñm deum veſtruꝫ. Si
aũt non audieritis vocẽ dñi. ſed exaſpe/
raueritis ſermones eius erit manꝰ dñi
ſuꝑ vos ⁊ ſuꝑ patres veſtros. Sed et
nunc ſtate ⁊ videte rem iſtam grandeꝫ
quam facturus eſt dñs in conſpectu ve/
ſtro. Nunquid nõ meſſis tritici eſt ho/
die? Inuocabo dominũ ⁊ dabit voces
⁊ pluuias: ⁊ ſcietis ⁊ videbitis qꝛ gran
de malum feceritis vobis in conſpectu

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0247
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG